



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Amplificatio luctuosi spectaculi de bonis Cnei Pompeij hasta subiectis. Per
hypotyposin, sustentationem, epiplexin, &c. 2. Philip. n. 64. Capvt XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

potius, quam officina nequitia, diuersorium flagitiorum omnium. Ipse vero quemadmodum compositus, & delibuto capillo passim per forum volitet, cum magna caterua togatorum videtis iudices, ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet.

*Amplificatio rapacitatis 2. Philipp.
num. 65.*

Per partium enumerationem, & Comparata.

CAPVT XXXI.

IN eius igitur copias cum se subito ingurgitauisset, exultabat gaudio persona de Mimo, modo egens, repente diues. Sed ut est apud Poetam nescio quem, male parata, male dilabuntur. Incredibile, ac simile portenti est, quoniam modo illa, tam multa, quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit, maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa, & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus, nihil erat. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdis dico, quæ si fuit, fuit animal vnum, fuit Oceanus, medius fidius vix videret tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisset. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum, apotheca tota nequissimis hominibus condonabantur, alia mimi rapiebant, alia mimæ, domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur, atque id locis pluribus: suggererentur etiam sæpe (non enim semper iste felix) damna aleatoria, conchyliatis. Cui Pompeij peristromatis, seruorum in cellis, lectos stratos videres. Quam obrem desinite mirari, hæc tam celeriter esse consumpta, non modo vnus patrimonium, quamuis amplum, ut illud fuit, sed vrbes, & regna celeriter tanta nequitia deuorare potuisset.

Fit per subiectionem ante oculos cum vibrata quadam orationis celeritate.

*Amplificatio luctuosi spectaculi de bonis
Cnei Pompeij hastæ subiectis.*

Per hypotyposin, sustentationem, epiplexin, &c. 2. Philipp. n. 64.

CAPVT XXXII.

HAstæ posita pro æde Iouis Statoris bona, miserum me! consumptis enim lachrymis, tamen infixus, animo hæret dolor, bona inquam, Cnei Pompeij magni, voci acerbissimæ subiecta præconis, vna in illa re feruitur oblita ciuitas ingemuit, seruentibusque animis, gemitus tamen populi Romani liber fuit expectantibus omnibus, quoniam esset tam impius, tam demens, tam Dijs, hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium, præsertim cum tot essent circa hastam illam, qui auderet, quod omnium fugisset, & formidasset audacia. Tactus igitur te stupor oppressit, vel ut verius dicam tantus furor, ut primum cum sector sis isto loco natus, deinde cum Pompeij sector, non te execrandum populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros scias.

Ei hæc plena, artificiosa, & grauis. Primum, quam appositè interiecta, luctuosa, parenthesis. Bona (miserum me) deinde, vide ut suspendit animos. *Expectantibus omnibus quoniam esset tam impius.* Postremo, quæ fulmina exclamationum. *Tantus igitur te stupor oppressit, &c.*

Amplificatio Belli crudelis Philipp.

14. n. 8.

Per causas efficientes, effecta, comparata, &c.

CAPVT XXXIII.

Bellum inexpiabile infert quatuor Coss. vnus omnium latronum terribimus: gerit idem bellum cum senatu, populoque Romanis, quanquam ruit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat. Dolabella serum, & immane facinus, quod nulla barbaria posset ignoscere, id Deorum consilio factum esse restatur, quæque facturus esset in hac vrbe, nisi cum hinc ipse Iupiter ab hoc templo, atque omnibus repu-